



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

360. Admirantur Iudæi, quòd Apostoli loquantur omnium gentium linguis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

CHRISTI RED IVIVI. 327
MEDITATIO CCCLX.

*Admirantur Iudæi, quòd Apostoli lo-
quantur omnium gentium
linguis.*

I. ERant autem in Ierusalem habitantes
Iudæi, viri religiosi ex omni natione,
quæ sub cœlo est. Factâ autem hac voce,
convenit multitudo, & mente confusa est,
quoniam audiebat unusquisque linguâ suâ
illos loquentes. *Act. 2. v. 5. 6.*

II. Stupebant autem omnes, & miraban-
tur, dicentes: Nõne ecce omnes isti, qui
loquuntur, Galilæi sunt, & quomodo nos
audivimus unusquisque linguam nostram,
in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Æla-
mitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iu-
dæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam,
Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum, &
partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen, & ad-
venæ Romani, Iudæi quoque, & Profelyti,
Cretes, & Arabes: audivimus eos loquen-
tes nostris linguis magnalia DEI. *Actor. 2.
Vers. 7. 8. 9. 10. 11.*

III. Stupebant autem omnes, & mira-
bantur ad invicem dicentes: Quidnam vult
hoc esse? Alij autem irridentes dicebant:
Quia musto pleni sunt isti. *Act. 2. v. 12. 13.*